



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 11. Sex Cardinales ab Alexandro VII. inaugurati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

batur legatione, ab eodemque Rege Sæc. XVII. A. C. 1657.
 pingua non modo obtinebat beneficia, sed etiam pacis ad foederatos Italiae
 Principes contra Papam armatos arbiter
 decernebatur. Conjunxerat hic Præsul
 cum ingenio ad summa quæque Eccle-
 siæ munia aptissimo profundam animi
 demissionem, qua se ad omnia ineptum
 reputabat: Erat quoque in B. Virginis
 cultu eximius, atque indefessus, & vi-
 gilantissimus commissi gregis sui Pastor,
 qui ut doctrinæ Christianæ pabulum
 omnibus ubertim præberetur, maximo
 Zelo in cunctis Parochorum electioni-
 bus hæc verba sæpius eis inculcabat:
Super omnia vobis Catechesin commendo:
 Apostolici tandem sui laboris præmium
 in cælis, ut pie speratur, beato fine
 obtinuit, anno ætatis suæ sexagesimo
 primo: Requiescit ejus cadaver in Ec-
 clesia tituli sanctæ Sabinæ in Aven-
 tino Monte.

§. XI.

*Sex Cardinales ab Alexandro VII.
inaugurati.*

Tertio primum Pontificatus sui anno Ciacon. in die nona Aprilis Alexander VII. vita Alex-
xandr. VII.
 Papa primo sex Præsules Romana Pur-
 pura decorabat, quorum primus erat
 Flavius Chifius ejusdem summi Ponti-
 ficis

Ff 5

Sæc. XVII. A. C. 1657. ficis ex Fratere Nepos, qui Presbyter Cardinalis titulum S. Mariæ de Populo obtinuit. II. Camillus Meltius, qui jam sexaginta septem annos natus, ex Capuano Archiepiscopo Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli creatus est. III. Julius Rospigliosus Archiepiscopus Tharsensis Cardinalis Presbyter tit. S. Sixti. IV. Nicolaus Comes Guidius de Bloneis Athenarum Archiepiscopus Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebii. V. Hieronymus Bonvifius ex cubiculo Pontificii Magistro Cardinalis Presbyter tit. S. Hieronymi Illyricorum. VI. Franciscus Palatius Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam Latinam.

§. XII.

Bellum Polonos inter & Suecos continuatum.

Priorat. hist. Leopold. t. I. l. I. Tuld. Hist. Europ. t. 3. Gravissimi, quod Carolus Guib. Rex ad vexandos Catholicos semper intentus accendit, belli incendium in Polonia extitum iri sperabatur, novas tamen flamas hoc anno addidit Georgius Bogotius Transilvanix Princeps: Hic enim se oppressam Evangelii ac conscientix libertatem restauraturum, sequens ad Polonix sceptrum per Legatos convocatum jactitans, die octava Januarii cum